

EPISTOLAE VIVIS.

quid aliud esset magnoperè scribenda-
 dum. Ideò in paulò liberius ocium di-
 stuli, hoc audacius, quòd vt animus
 mihi tuus exploratus est, ita de
 meo erga te nihil te arbitror dubita-
 re. Pergratum mihi est vos istic vale-
 re, vellem me id posse de me dicere,
 quanquã contingit mihi, quod Vlyses
 apud Homerũ inquit, Oriri novas ho-
 minibus mentes quotidie cum sole: sic
 mihi novam, & à pridiana multũ di-
 versam valetudinem. In causa est cœ-
 lum nimis humidum, & hîc Oxoniæ,
 nempe loco palustri, crassum. Vale.

Vives Linacro suo S.

IAmpridẽ nihil abs te accipio, quod
 Inõ cõtigit sine magna mea sollicitu-
 dine. Non quòd exciderim tibi (quid
 enim minus est mihi abs te metuen-
 dum?) sed ne incommodiore valetudi-
 ne impediaris. Tu si me amas, exime
 mihi